



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**R. D. Magistri Petri Lombardi Novariensis Episcopi  
Parisiensis. Sententiārvm Libri IV. quibus vniuersæ  
Theologiæ summa continetur**

**Petrus <Lombardus>**

**Mogvntiæ, 1632**

Distinct. XLVII.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38829**

sanctorum testimoniis plenius approbatur: dicimus, Deum non velle mala fieri: nec tamen velle non fieri neque nolle fieri? Omne ergo quod vult fieri, fit: & omnino quod vult non fieri, non fit. Fium autem multa, quæ non vult fieri, ut omnia mala

**QVOD VOLVNTAS DEI SEMPER**

*impletur de homine quocunque  
se vertat.*

DISTINCT. XLVII.

*Quod voluntas Dei semper perficit efficaciter.* **V**OLVNTAS quippe Dei semper efficax est, vt fiat omne quod velit, & nihil fiat quod nolit: quæ de homine semper impletur, quocunque se vertat. Nihil enim (ut ait Augustinus) in libero ar-

*Aug. c. 100. in Enchyr.* bitrio constitutum superat voluntatē Dei: & si fa-

ciat contra eius voluntatem, tamen contra eius voluntatē, quæ ipse est nihil putandum est, ita fieri tanquam velit fieri, & non fiat: vel nolit fieri, & fiat. Illa enim voluntas, ut ait Aug. in Enchir. semper impletur, aut de nobis, aut à nobis. De nobis impletur: sed tamen non implemus eam quādo percamus. A nobis impletur, quādo bonum facimus; ideo n. facimus; quia scimus placere Deo. Ita & de homine semper Deus implet suam voluntatē

*Psalm 100. Aug. in Enchyr. 101. in prin. cypio.* quia nihil facit homo, de quo Deus non operetur & vult. Nō n. vult Deus, ut peccet homo quilibet. Si autem peccauerit, pœnitenti vult parcere, vi-

viuat in peccatis vero perseverantem punire, vi iniustitiae potentiam contumax nō euadat. Sicut aliquos ab æterno præparauit ad pœnam, ita alios præparauit ad gloriam: & hæc sunt magna opera Domini, exquisita in omnes voluntates eius. Et rā sapienter exquisita, ut cū angelica & humana creatura peccasset, i. non q̄ ille, sed quod voluit ipsa fecisset, etiam p̄ eandem creaturæ voluntatem, qua factum est quod creator non voluit, impleret ipse q̄ Voluit: bene utens etiam malis tanquam summe bo-

me bonus ad condemnationē, quos iuste prædestinavit ad pœnā, & ad eorum salutē quos benignus prædestinavit ad gratiam. Quantum n. ad ipsos attinet, q̄ Deus noluit fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam, eius voluntatem fecerunt, de ipsis facta est voluntas ei⁹. Præterea namq̄ magna opera Domini, sunt exquisita in omnes voluntates eius, ut miro & ineffabili modo nō fiat præter ei⁹ voluntate, q̄ etiam sit contra ei⁹ voluntatem: q̄a non fieret si non sineret: nec utriq; nolens sinit, sed volens: nec sineret bonus fieri male: nisi omnipotens etiam de malo posset facere bonum bene. His verbis euidenter monstratur quod voluntas Dei æterna semper impletur de homine: etiā si faciat homo contra Dei voluntatē. Sed attendendū est diligenter quomodo in superioribus dicitur fieri aliquid contra Dei voluntatē, quod tamen non fit præter eā, & qualiter intelligendum sit illud: quārum ad se fecerunt q̄ Deus noluit: quantum vero ad omnipotentiam Dei, nullo modo id facere valuerunt. Videtur enim ista superioribus obuiare vbi dictum est, voluntati eius nihil resistere.

Hic aperit dicens diuersis modis supra accipi

Dēi voluntatem.

B

Verum vt supra diximus, voluntas Dei diuersis modis accipitur: quæ diuersitas in predictis verbis si diligenter notetur, nihil ibi contradictionis reperiatur. Vbi enim dicit non fieri præter eius voluntatē etiam q̄ sit contra eius voluntatē dissimiliter accipit voluntatē: & non ipsam voluntatē quæ De⁹ est & sempiterna est: sed e⁹ signa predictis verbis intelligi voluit, id est, prohibitionem sive præceptionem & permissionem. Multa enim sunt contra Dei præceptum vel prohibitionem, quæ tamen non sunt præter eius permissionem. Ipsius namque permissione omnia sunt mala: quæ tamen præter eius voluntatem sempiternam sunt:

S 2 Sicut

*In tom. 8. e-  
narratione  
ad Psalm.  
16. vers. 5.  
In medio c.  
100. in En-  
chiridio.*

Sicut August. dicit super illum locuni psal. Ut noi loquatur os meum ope a hominum. Operan hominū dicit ea quæ mala sunt, quæ præter Dei voluntatē sunt quæ ipse est: sed non præter eius permissionem, quæ ipse nō est. Appellatur tamē ipsa Dei voluntas, quia De⁹ volēs sinit mala fieri. Fuit & contra eius præceptionē vel prohibitionē, sed nō contra eius voluntatem quæ ipse est: nisi dicantur contra eam fieri, quia præter eam fuit. Contrā quippe nihil ita sit, vt vēlit fieri quod non fuit, vel nolit fieri & fuit: quod evidenter ibi August. nota ait, ubi ait: Quantum ad ipsos attinet, quod Deus noluit, fecerunt: quantum vero ad omnipotentiam

*Greg. ca. II.  
li. 6. moralis  
expositionis  
in Iob ad il-  
luc c. 5. Qui  
comprehen-  
dit sapien-  
tes in astutia  
eorum.*

Dei, nullo modo id facere valuerunt. Ac si diceret, fecerunt contra Dei præceptum quod appellatur voluntas, sed non fecerunt contra Dei voluntate omnipotentem, quia hoc nō valuerunt: illud valuerunt, & ita per hoc quod fecerunt contra Dei voluntatiē, id est, præceptum, de ipsis facta est voluntas eius, id est, impletā est voluntas eius semper, quā eos damnari volēbat. Vnde Gregor. super Gen. Multi voluntatē Dei pēragunt, vnde mutare contendunt, & consilio eius resistētes obsequuntur: quia hoc eius dispositioni militat, quæ humanū studium resultat. Hic aperte ostenditur, qā dum mali consilio ac præcepto Dei resistunt, qā voluntas Dei appellatur, eā faciunt vnde voluntas eius quæ ipse est, impletur: quæ dispositio vel beneplacitum vocatur. Nam vt ait Aug. in Ench. quālibet sint voluntates angelorum & hominum bonorum vel malorum, vel illud qđ Deus vel aliud volentiū qđ Deus, omnipotens voluntas semper inuita est: quæ mala esse nunquā potest, quæ etiam dumi mala irrogat, iusta est: & profecto quæ iusta est, mala nō est. Deus ergo omnipotens siue per misericordiam cuius vult misereatur, siue per iudiciū quē vult obdurat, nec iniquē aliqd facit,

nec

*August. in  
princip. ca.  
102. tom. 3.*

nec nisi volens quicquam facit, & omnia quæcumque vult facit.

*Summatim perstringit sententiam prædictorū addens quare Deus præcepit omnibus bona facere & mala vitare cum non velit hoc ab omnibus impleri.*

C

EX prædictis liquet quod voluntas Dei quæ ipse est, semper invicta est, nec in aliquo quassatur, sed per omnia impletur. Consilium vero eius & præceptio siue prohibitio non ab omnibus implētur quibus proposita & data sunt. Neq; ideo præcepit omnib<sup>9</sup> bona, vel prohibuit mala, vel cōsulit optimæ, quod veller ab omnibus bona quæ p̄cepit fieri, vel mala quæ prohibuit, vitari. (Si enim veller, utiq; & fierent, quia in nullo potest ab homine superari vel impediri eius voluntas) sed vt iustitia in suam hominibus ostenderet, & mali es- sent inexcusabiles. Denique vt boni ex obedientia gloriam, mali ex inobedientia poenā sortirentur, sicut utrisq; ab æterno præparauit. Ea ergo quæ o- mnibus præcepit vel prohibuit, à quibusdam vo- *Genes. 22. 8*  
luit fieri vel vitari, sed non ab omnibus: & quædā *Merci 1. d* personaliter præcepit, & in veteri, & in noua lege: quæ ab eis quibus præcepit fieri voluit: vt Abrahæ de immolatione filii & in Euangelio quibusdam curatis, quibus præcepit nec cui dicerent.

QVOD ALIQUANDO HOMO BONA  
voluntate aliud vult, quam Deus: & aliquando ma-  
la, id quod Deus bona volunta-  
te bona vult.

## DISTINCT. XLIII.

A

SCIENDVM quoque est, quod aliquando mala *Qualiter*  
est voluntas hominis idem volentis quod De<sup>9</sup> *voluntas*  
vult fieri: & aliquando bona est voluntas homi- *nostri diuini*  
nis, aliud volētis quam Deus. Ut enim bona sit ho- *na confor-*  
minis voluntas, oportet attendere quid cōgruat *metur.*

S 3 ei